



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. II. De Personarum, prioritate & circuminseßione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

tamen multo sententia ait esse tantum rationis. Ego cum Magistro in l. dist. 31. cap. 2. exilimo, nullam verè & propriè hic omnino esse relationem: nec enim est transcendentalis, Pater quippe, quà similis Filiò, non eum producit, nec per modum principii aut originis hoc modo cum respicit, in hoc autem solo situs est conceptus relationis transcendentalis in divinis. Nec etiam est relatio prædicamentalis, hæc siquidem, ut dixi supra, Disp. 52. sect. 1. num. 4. ubicumque est, accedit rei jam constitute, realiterque ab ea distinguuntur.

IV. *Quo sensu admitti in divinis posse relatio realis similitudinis.*
Si tamen per relationem realem prædicamentalem, nihil aliud quis intelligat, quàm duas Personas in eadem naturâ similes, seu que eandem habeant Essentiam, non video cur dici nequeat hic dari relationem realem, cùm verè & propriè, ante omnem intellectus operationem sint similes: relatio autem in illâ sententiâ nihil aliud est nisi similitudo: cùm ergo identitas naturæ non obstat vera & reali similitudini, nec obstat vera & reali relationi. Unde in creatis, etiam in

Ad veram & realem relationem non requiriatur, ut ratio fundandi sit etiam in duabus parietibus esset eadem numero realiter distincta.
In sententiâ relationem statuente realiter à fundamento & termino distinctam, existimo ad relationem realem non requiri, ut ratio fundandi in utroque extremitate sit realiter distincta: sicque etiam in duabus parietibus esset eadem numero albedo, adhuc vera & realis in iis emerget relation similitudinis. A fortiori ergo quoad præfens, in sententiâ relationem ab extremis non distingue, cùm hic extrema, Persona scilicet divina, aliunde supponatur realiter distincta, dari poterit realis relatio similitudinis, quantumvis ratio fundandi, natura scilicet, seu essentia, in omnibus sit eadem, & indistincta.

V. *Tres divina Personæ sunt in imperfectio- ne aequales.*
Quoad secundum in titulo propositum, de æqualitate scilicet divinarum Personarum, fide certum est eas in perfectione esse æquales: sic in Divi Athanasi Symbolo habetur, *Tres Personæ coeteræ sibi sunt, & coæquales.* In Præfatione etiam Sanctissimæ Trinitatis, de tribus Personis canit Ecclesia, *Vt in Essentiâ unitas, in Majestate adoretur æqualitas.* In quam proinde veritatem cum S. Thomas hic, quæst. 42. art. 1. tota conspirat Theologorum Schola. Hinc S. Augustinus lib. 6. de Trin. cap. 7. *Tantus, inquit, est solus Pater, vel solus Filius, vel solus Spiritus Sanctus, quantus est simul Pater & Filius & Spiritus Sanctus.*

VI. *Æqualitas Personarum desumenda est ab eam- ña Essentiâ.*
Ratio autem est, quia habent omnes eandem Naturam & Essentiam. Aliqui tamen, ut Zuniga 1. p. Disp. 17. dub. 1. aiunt duas Personas esse extensivè perfectiores unâ. Quod tamen alii negant, quòd scilicet quicquid perfectionis est in unâ, sit saltem mediatae ratione essentiae in aliâ. Et hanc etiam ob causam non arguit majorem perfectionem habere naturam à se, quàm ab alio acceptam, &c.

SECTIO SECUNDA.

De Personarum prioritate, & circum- infectione.

QUOAD primum, S. Thomas hic, quæst. 42. art. 2. omnem in divinis prioritatem negat, *Concedit ob illud S. Athanasi in Symbolo, In hac Trinitate nihil prius aut posterius.* Et sanè absolute loquendo *vinis postea prius.* Ita est: si tamen quis addat origine, & dicat *Pater genitus esse origine priorem Filio, &c. nihil vel contra Athanasiū, vel fidem diceret: Unde cùm Scoti docent passim Theologi hanc originis prioritatem in divinis Personis reperi.*

Nec dissentire videtur S. Thomas; hac enim quæstione 42. art. 3. ait ordinem naturæ inter di- *Ordo quid inter di-*
vinas Personas esse admittendum, cùm ordo ni- *nus Personæ admittendus.*
hil aliud sit, quàm habitudo plurium ad unum principium: hic autem ordo naturæ est re ipsâ prioritas originis, seu quod una Persona altius producat.

Quoad Circuminfessionem notandum, eam aliud *III.*
nihil esse, quàm divinarum Personarum mutuam *Quid si Cœ-*
in se invicem immanentiam. Hanc inter divinas *cum in celo,*
Personas reperiunt communiter Theolo- *& quoniam*
gi ex illo Joah. 14. v. 11. *Ego in Patre, & Pater in me est.* Quod non minus de Spiritu Sancto verum est, cùm æquè in Patre & Filio sit, utpote per actum immanentem ab iis productus, eademque cum iis habens naturam & essentiam.

Hanc itaque Circuminfessionem, seu mutuam *IV.*
divinarum Personarum inexistentiam reducunt *Primum Co-*
aliqui ad identitatem naturæ, quod scilicet omnes *cum in celo,*
Personæ sint unum in Essentiâ, sicque per *nem expi-*
hanc identificationem sibi insint neceesse est: ita hac *candi me-*
in re procedere videtur Molina 1. part. quæst. 42. *dus,*
art. quintò. Arriaga hic, Disp. 46. sect. 5. num. 43. & alii.

Nonnulli tamen Circuminfessionem Personarum in intimâ præsentiâ, & inseparabilitate locali *V.*
collocant, fundantque in immanitate: ita Scotus *Circuminfes-*
in 1. dist. 19. quæst. 2. Suarez citatus n. II. & alii. *sionem se-*
Hanc vero mutuam præsentiam habent, non so- *splicant*
litione ratione essentiae, sed particularium etiam re- *aliqui po-*
lationum, quæ singulis Personis convenient: ha- *in separati-*
cet enim, ut supra Disp. 55. sect. 2. num. 11. ostendi, *latum li-*
sum etiam habent immanentiam.

Hoc modo aptè intelligitur quod canit Ecclesia *VI.*
Feriâ secundâ ad Laudes, *In Patre totus Filius, & to-*
Hanc ma-
tuus in Verbo Pater, per mutuam scilicet hanc, & in- *tuus in ex-*
sistam sibi invicem præsentiam. Hanc tamen in- *meri con-*
existentiam mutuam non merè concomitante ha- *mutante*
bent Personæ (sicut haberent duo Dii, si finge- *habent la-*
rentur existere, & esse immensi) sed tum ob iden- *ficiam ne-*
titatem naturæ, tum quòd producant per actus *meri con-*
immanentes, quam ob causam, intimam sibi invi- *mutante*
cem præsentiam essentialiter requirunt, sibiique *necessariò incisitum,*